

TABVLA RECITATIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XII. OCTOBR.

MDCCCXXXVIII.

INCHOANDARVM.

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAE

D. CHRISTOPH. LVDOV. NEBEL

CVM SENATV.

Quicunque, *Commilitones aestuarissimi*, dulcissimas *Albi Tibulli* elegias scholiis atque annotationibus illustrare conati sunt, lacunis potissimum illis operam navarunt, quibus praestantiora nonnulla eius carmina ita turbantur, ut de nexu eorum restituendo plerique omnino desperarint. Cui quidem malis *Scaliger* atque *Bronckhusius*, viri summi, co mederi studuerunt, quod pro arbitrio unam elegiam in plures discinderent, aut locum integrum, in quo desudabant, in aliud carmen transferrent, atque sic membra poetae, uti ipsis lubuerat, nunc dislicerent, nunc colligerent. Quam criticorum audaciam etiam recentiores atque verecundiores interpretes improbare soleant: attamen saepius elegiarum plurimum fragmenta confarcinata, indeque carmina, quae male cohaereant, orta fuisse contendunt. Excidisse interdum versus aliquos (v. c. Lib. II. Eleg. 5. inter versum 66. & 67.) atque varia *Tibulli* carmina iniuria temporum mutilata fuisse nemo quidem negabit: verum interpretes ad hunc explicandi loca difficiliora modum temere non nunquam confugisse videntur. Poeticae scilicet aliam ac solutae orationis legem atque interpretandi methodum esse plerumque obliti sunt. Quemadmodum lyrici poetae Phoebus incensi a re primaria ad alias audacius transire solent: ita elegorum autores suavi quadam garrulitate ad res varias digredi consueverunt, quae aliena ab argumento carminis videntur. Sic inter versum 34. & 35. Elegiae I. Lib. I. cur aliqua desideremus, nullam videmus satis idoneam causam. Postquam enim poeta inde a versu decimo nono aequum animum, quo paupertatem sustineat, professus fuerat, iam versu 35. ad pietatem erga deos, quam inde a versu decimo descripserat, reuertitur. Multo minus loco mouendos aut delendos prorsus versum tertium & quartum existimamus. Quum enim interpretes in eo haereant, quod ille, quem vicinus hostis terret, iugera multa tenere nequeat, poeticam loquendi rationem, qua praesens tempus cum praeterito commutari potest, negligunt, nec manifeste poetam de diuitiis militia partis loquutum esse vident. In Elegia secunda libri I. varietate & vehementia affectus adigi poeta omnino potuit, ut in versu 65. *Ferrens ille fuit* & in versu 79. *Num Veneris magnae violanti utrimque verbo* ex abrupto quasi exclamaret. Optime naturam elegiaci carminis perspexit, qui recentissime inter nostrates de eo commentatus est, scribens: Die Einbildungskraft wird sogar entfernte Dinge, welche einige Beziehung haben, einflechten, die Seele schwebt von einem Gedanken zum andern, vom Tod zum Leben, von der Umarmung des Freundes zu seinem Aschenkrug. (cf. V. C. *Iacobi Iris* I. p. 62.) --- Quae quidem praefari lubuit, quae denno offerendae sunt, disciplinarum omnium recitationibus. Offerimus quidem scientiarum merces iis, qui sapientiam emendi cupiditate ad nos delati sunt: verum ut eos ipsos, apud quos merces illae prostant, frequentia atque attentione vestra lactos reddere velitis, rogamus atque obsecramur.



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER, *Acad. Senior.* Horis XI - XII, IV - V. *Campum* vel *dogmaticum* vel *moralem*, sua ad compendia, peragrabit. Horis quibusdam subseciuis, coram indicandis, argumenta breuiora, nominatim *historiam Christi rediuiui*, publice nuper impetitam, disputando vindicabit.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD elapso semestri aestivo *theologiae theoreticae* fundamenta tradidit, epistolas Pauli ad *Thessalonicenses* & *Timotheum* interpretatus est, utramque lectionem horis peculiaribus *examinando* repetiit, denique *veritatem* R. C. contra Deistas demonstravit. Per menses hiemales sequentes hora VIII & XI. *theol. dogmaticam* HEILMANNIANAM, intra semestris spatium absolvendam, denuo praeleget, hora VIII. in explicandis *epistolis Paulinis ad Titum, Philemonem & Hebraeos* perget; denique hora II. *morum Christianorum praecepta* duce Ven. LESSIO inculcabit; ad expositionem compendii H. C. SCHROECKHIANI & praelectiones in *libros ecclesiae nostrae symbolicos* paratus.

D. LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER. Hora VIII - IX. ad ductum D. Lessii docebit *Theologiam moralem*, XI - XII. enarrabit *historiam ecclesiast.* N. T. duce Moshemio. Diebus Mercurii & Saturni regulas homileticas & catecheticas e compendio suo illustrabit, pericopas epistolicas explicabit & exercitium concionandi instituet.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH *Pandectas* duce I. H. BOEHMERO, hor. IX - X. & XI - XII. *Ius canonicum*, duce G. L. BOEHMERO hor. X - XI. & *Ius criminale ad flum suarum Institutionum* hor II - III. sex per hebdomadam diebus docebit. Ad alia quoque paratus, praefertim ad collegium disputatorium.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT *Ius feudale*, *Ius I. R. G. publicum & priuatum*, ducibus BOEHMERO, PÜTTERO & SELCHOVIO tradet, *Collegium Processuale Practicum* aperiet, atque *Theoriam Processus CARRACHIANAM* ad finem perducet.

D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER. *Publicis* lectionibus antiquitates iuris, ex suo libello hora I - II. *Priuatiss* Institutiones iuris romani duce HEINECCIO hora VIII - IX & *ius naturae ac gentium* hora X - XI. explicabit.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP Hora I - II. *historiam imperii* ad PÜTTERVM tradet, hora II - III. *ius publicum German.* eodem duce praeleget; caeterum ad recitationes quoque *processus imperii* & *iuris priuati principum* denuo habendas, & ad alia, paratus.

LECTIONES MEDICAE.

D. IOAN. WILH. BAYMER, *Med. Prof. primar.* Hora X. singulis diebus profectis praecepta pathologico-therapeutica, duce b. m. Dno I. Z. Platnero in arte medendi singulis morbis applicata, nota Dnis Commilitonibus ~~exhibita~~ tradet. Hora IX. quater

quater de hebdomade Medicinam forensem, ad sua praecepta typis prostantia, proponet. Eadem hora diebus *Qui* atque *Hui* Politiam Medicam, ad compendium suum de hac disciplina editum, explicabit.

D. FRID. AVGVST. CARTHEVSER, *Med. Prof. ord.* Elementa Materiae medicae secundum principia B. Parentis hor. IX. - X. explicabit.

D. CHRISTOPH. LVDOVICVS NEBEL, Chirurgiam ex Platneri Institutionibus hora XI - XII. docebit. Artem obstetricalem ex Compendio Steiniano explanabit, hora III - IIII. subiunctis operationibus in simulacro, phantome dicto. Apparatum instrumentorum chirurgicorum, eorumque adplicationem & vsum in cadaueribus monstrabit.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ, *Prof. Med. P. O.* per semestre hibernum Anatomiam practicam horis consuetis docebit. Hor. IX - X. Physiologiam praeunte Hallero explicabit, atque praeparatis anatomicis illustrabit. Hor. XI - XII. Med. forensem duce Ludwigio exponet. Alia desiderantibus non deerit.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM, *Log. Met. & Math. Prof.* Diebus lunae, martis, iouis & veneris h. IV. vespertina *logicam*, eadem hora die mercurii vt & singulis diebus h. V. *metaphysicam* ad filum compendiorum suorum tradet; *mathesin puram* h. II, *applicatam* h. I. substrato compendio Wolfiano exponet. Publicam bibliothecam t. c. aperiet.

D. FRID. AVG. CARTHEVSER, *Philos. natur. Prof. ord.* Historiam naturalem duce Cel. Bekmanno hor. VIII - IX. tradet. Praelectiones quoque in Physicam dogmaticam offert.

IOH. CHRIST. FRIED. SCHVLZ, *LL. Or. P. O.* Hor. IX. *Acta Apostolorum* ex recensione Griesbachiana d. *Y* & *Z* *Iesaiam* vsque ad Cap. XXIV. adiuncta *Grammatica hebraica* d. *Y* & *Z* interpretabitur. Hor. X. *Theologiam moralem* ex Lessio praecipiet — Institutiones linguae anglicanae offert.

D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, *Prof. Poeseos & Aeloqu. Publice* Hora III - IV. diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris *Plinii Panegyricum* & Epistolas potiores illustrabit; *Privatim* Hora IV - V. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iouis & Veneris. *Encyclopaediam scientiarum omnium* duce *Sulzero* tradet; denique Hora V - VI. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iouis, Veneris & Saturni *Stili Latini* elementa ex *Heimeccii* libro ita docebit; vt diem Saturni corrigendis elaborationibus Latinis auditorum destinet.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAH, *Moral. iur. Nat. & Gent. P. P. O.* Hora IX - X. *Ius Naturae* DARIESIO duce, X - XI. ceteras *Philosophiae moralis* partes, praecunte FEDERO; in Horis autem pomeridianis *Veritatem Religionis Christianae* cum NOESSELT Ven., *Theologiam Catechetica* ad manuactionem b. ZACHARIAE, & *Pastoralem* secundum Ven. IACOBI *Beitrag zur Pastoral - Theologie* docebit.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER, *Historiar. P. P. O.* Hora VIII - IX. Historiam *Statuum Europae*. Hora IX - X. Historiam *uniuersalem* ad Compendia propria, Hora X - XI. Historiam *ecclesiasticam* ad Comp. Schroeckianum, Hora XI - XII. Historiam *literariam* ad Comp. Bapmannianum docebit. Neque iis deerit qui Praelectiones suae in Heraldicam, suae in Statisticam, aliasque Scientias historicas desiderabunt.

LECTIONES OECONOMICAE.

IO. AVGVSTVS SCHLETTWEIN Semestri hiberno pragmatice explicabit hor. X. - XI. diebus *D*, *Q*, *Y*, *Z*, *Technologiam*, oder die Grundsätze der vorzüglichsten

sten. Handwerke, Fabricken, und Manufacturen, secundum Io. Beckmanni Anleitung; zur Technologie; hor. XI. - XII. diebus & elegantissimam & perquam difficilem materiam oeconomico - politicam & cameralem de contributionibus & collectis, & omnibus, quae eo pertinent (von Steuern und Anlagen, den Steuer Renovationen &c.); --- diebus & doctrinam Cameralem nobilissimam de annuiss & regalibus & optima ratione, ea administrandi --- diebus & Scientiam monetariam politicam; hor. II. - III. Oeconomiam politicam in vniuerso suo ambitu per quinque dies hebdom. hor. IV. - V. Notitiam Europae politicam, die Statistick, duce Achenwallio; hor. V. - VI. Ius publicum Germanicum secundum Pütterum; ad Oeconomiam forestalem etiam, si auditores de ea conuenerint, paratus.

D. IO. WILH. BAYMER, Chymiae atque hist. natur. miner. Prof. hor. IX. docimastian, praecunte Dno C. E. Gellert, in den Anfangs-Gründen zu der Probier-Kunst, docebit. Horas diei hui pomeridianas processibus docimasticis, in laboratorio suo, cognita vobis dexteritate, impendet.

FRID. AVG. CARTHEUSER, Doctrinam de montibus & venis metallicis, substrata introductione in rem metallicam, quae sub titulo Bericht vom Bergbau Freybergae prodiit, singulis diebus Mercurii hor. X. - XI. exponet.

ANDREAS BOEHM, Hydraulicas disciplinas ita docebit, vt iis vsui sint, qui oeconomiae operam dant.


D. IO. LVD. FRID. DIETZ, Med. Veterinariam hor. III. - IV. pomeridian. tradet.

IOH. PHIL. BREIDENSTEIN, Oeconomiae Ruralis & Rei Calculatoriae Cameralis P. P. O. Hora IX. Oeconomiam Ruralem, III. autem Urbanam, ad ductum Cel. Souckouii explicabit. Rem tandem Calculatoriam Cameralem, Hora X. praecunte Wiedeburgio tradet; Vbi quidem, post expositam satis Theoriam, ad praxin ita perget, vt alternis vicibus, alii QD. AA. suorum, Rationariorum personas induentes, Rationes varii generis conficiant & reddant, alii redditas reuideant moneantque, alii denique monitorum Rationum iustificantes agant; quo modo, dicta prius & illustrata ardui huius negotii praecepta, perquam facile & vtiliter ruminari posse, compertum est.

GEORG. FRIDER. WERNER, Semestris hyemalis maximam partem illi geometriae practicae parti destinabit, quae circa delineationem, computationem; diuisionem caet. figurarum versatur; reliquam ipsius partem, vt & integrum semestre aestiuum in agros camposque dimetiendi eorumque ichnographias perficiendi, nec non libellandi artem impendet. Laboribus domi suscipiendis quatuor per heptomadem horas auditoribus commodas constituet, in campos vere diebus mercurii & saturni post meridiem exspatiabitur.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ, SS. Theol. Profess. publ. extraord. Collegium polemicum in b. Baumgarten Compendium auditoribus denuo offert. Cursorium ebraicum in Psalmos, & graecum in Lucam Euangelistam continuabit.



Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta equitandi, pugnandi gladio saluandique palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

